Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



32

accipimus p eo quod est in omnia futura tem
pora. nulla questio est. Sin autem ut sepe diximus
generatio & generatio duas generationes significat.
legis & euglii. querendum est quom nabuchodonosor
dei sacramenta cognouerit. nisi forte hoc dicam.
quod post quam oculos ad celum leuauit & recepit
pristinum statum. & exaltauit & benedixit deum
uiuentem in sempiternum. etiam hec non ignorauerit.
Iuxta uoluntatem enim suam facit tam in celo quam
in terra. & n est qui resistat manui eius. & dicat
quare fecisti. Et hec loquitur quasi homo seculi.
Non enim quod uult hoc facit. sed qd bonum est hoc
uult ds. Nabuchodonosor autem sic locutus est.
ut dum potentiam dei pdicat. iusticiam eius uideatur
arguere qd in merito penas sustinuerit. Et opti
mates mei & magistratus mei requisierunt me.
& in regnum meum restitutus sum. & magnificentia
amplior addita est mihi. Ergo iuxta eos q hysto
rie etradicunt omnes anglice fortitudines requi
siture sunt diabolum. & in tanta crescit potentia
ut qui quonda aduersus dnm supbierat maior
futurus sit quam fuit ante peccatum. Quia omnia